



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

X. De supplenda negligentia Prælatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

7. *Renunciatione semel admissa daturne
pœnitenti regressus ad idem bene-
ficiū?*

Non datur; quia renunciatione ex ju- *c. 3. b. t.*
sta causa semel admissa, manet causa, et-
iam si renunciantem ejus pœniteat. Ad-
eoque si abitum differat, cogi potest ab- *c. Quidem*
ire. Si tamen iterum ad idem benefici- *12. eod. 2.*
um eligi eum contingat, non prohibetur *eod.*
redire.

8. *An & S. Pontifex renunciare poterit
Pontificatui?*

Potest: quod enim dicitur, renuncia-
tionem debere fieri auctoritate Superioris,
quem Pontifex non habet, intellige, ubi
est Superior.

(Pontificem subjectum esse debere Impera-
tori asserimus.)

De supplenda negligentia Prælatorum.

TIT. X.

Quod si Prælati vel alii inferiores, etiam
jus eligendi vel præsentandi habentes,
munere suo non fungantur, tunc Su-
perior vices eorum supplere debet.

1. *Intra quod tempus electio, collatio, aut
præsentatio ad beneficia Ecclesiastica
fieri debet?*

IN Episcopis quidem, & Cœnobiarchis, *c. Ne pro*
seu

C 4

defectu 41. seu Prælati regularibus, id peculiare
sup. De e- ut intra tres menses eligi debeant.
lect. c. 2. & vero dignitatibus & beneficiis prælati
c. Dilectus tempus semestre. Quod exceptione
c. 2. De patitur in patronis laicis, quibus tantum
concess. quatuor menses ad præsentandum
præb. sunt, qua de re dicitur infra ad tit.
jure patron.

2. *Quid si intra prædictum tempus Prælati
 collatoresve fuerint negligentes?*

Tunc jus eligendi, conferendi, presentandi, tanquam caducum devolvitur ad proximum superiorem: v. g. ad Archiepiscopum, si Episcopo negligente fit devolutio ad Archiepiscopum, & ab illo, si negligens fuerit, gradatim ascendendo ad Superiorem. Ipsi vero negligentes, si electionem semestri nihilominus ad electionem collationem processerint, nihil jure agere possunt, quia statuto tempore elapso non est amplius potestas conferendi. Neque est in hoc inconveniens Ecclesiæ, ut aut diu vidua sit, aut lupis exposita, aut ministris necessitate destituta.

c. 2. & seq. hoc tit.
c. pen. & ult. eod.
d. c. 41. sup. De elect.
& c. 2. h. t.

3. *Semperne devolutio fit ad Superiorem?*

Aliter & quidem peculiariter videtur constitutum in Ecclesiis Cathedralibus, in quibus jus illud non ad superiorem, sed

ad socios deferatur, hoc est, si Episcopus *c. 2. hoc.*
aliquando sit negligens, ut tunc Capitulum eligat vel conferat, aut vice versa.

De temporibus ordinationum, &
qualitate ordinandorum.

TIT. XI.

Quemadmodum Archiepiscopis confer-
tur Pallium, in plenitudinem Pontifi-
cialis officii, ita cæteris Episcopis ele-
ctis & confirmatis tribuit consecratio
plenum jus potestatis Episcopalis: &
Clerici, jurisdictionem non habentes,
per ordinationem divinis ministeriis
mancipantur.

1. *Quid hic intelligis appellatione Or-
dinum?*

Ordines proprie sic dictos, eos scil.
qui ritu solenni ab Episcopo confe-
runtur, & ad certum ministerium, non
quidem divini cultus, sed sacrificii refe-
runtur. Alias enim improprie sumptum
hoc nomen tam late patet, ut omnes o-
mnino fideles, qui quocunque modo do-
mini obsequiis mancipantur, compre-
hendat. Qua ratione etiam primam
Tonsuram appellare Ordinem licebit.

C 5

2. Quo-